Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36485
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Hunc ego mecum testium meorum indefensis hactenus in testi
moniis numerandum ratus sum. quia penes illos tantum qui toto
suo animo deum corpus esse de hisce veritatis vadibus dubitaverint. verum
nec quod hic idem platon in ypparcho. quod in lacyta. in protagora. in
in simposio. in alcibiade. in gorgia. in critone. quod in timeo etiam
arte quadam et quodam philosophie vertice de anima pronuntia
verit. placite brevitatis gratia missum facio. Neque enim refert ad ag
nitionem veri. quid de eodem sepius quisque dixerit. quam quid sense
rit querere. Quia in sepe dictis. nec uberior est cognitio rerum.
cum sit pluritas onerosa verborum. Quapropter in adstructionem
veri. magis considerandum est quod unum multi senserunt. quam quid unus
sepe dixerit. Ego tamen platonem pro te meo oppido est philosophorum
omnium merito principem in negotio tuo presens admiratione sui pel
lectus. testem sepe vocitavi. quamlibet et quam plura istic eadem legas.
innumeris comparata que super anima disseruit. pauca et admo
dum censeas. Sed nec porphirius platonicus multis post platonem seclis a ma
gistro uspiam in hac eadem causa dissensit. in illustri quippe voce genus
humanum sue dignitatis admonuit. Si beati inquid esse volumus. corpus
est omne fugiendum. Est ergo incorporeum quiddam in nobis. cui adversa
corporis universi contagio est. Et quid istud erit. nisi imago dei. Et quid autem
imago dei nisi humanus animus. Qui si incorporeus beatus esse non poterit.
et incorporeus non est. numquam beatus erit. quia sine se non erit. Plurimorum in
negotio presenti philosophorum. plurimis testimoniis usi sumus. multosque
et eadem gratia si vel causa posceret. vel ratio sineret. proferre possemus.
Sed ne localem veritatem quesisse videamur. ut hec eadem ab una tantum
videatur gente que verum. et aliis ignorata sit. cum veri corporis hu
mana substantia non sit regione sed genere. romanos etiam eosdemque
philosophos testes citavimus. apud quos sextius pater. sextiusque filius
propenso vere tritum in sapientie studio adprime philosophati sunt.
atque hanc super omnia tulere sententiam. Incorporalis inquiunt
omnis est anima. et inlocalis atque indeprehensa vis quedam que sine